Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



xxx. Vt genus utriusque sexus certa lege et absque iniuriis ma
neat et uigeat. in hoc regale decretum statutum est.
ut siquis pro ueritate predicti propter abhominationem
uxoris patriam effugerit. uxor cuncta que in pote
state mariti habebantur possideat dum uelit ex
pectare uirum. et nemo in aliud coniugium cogere
presumat. et si sponte nubere uelit. liceat sumptis
congruis uestimentis. et dimissis ceteris bonis ad con
nubium ire. et si uir hoc audito redierit. ne li
ceat sibi aliam ducere preter suam. nisi cum licentia episcopi.

xxx. Cuncti igitur cunctis horrendum De furto mulie
et omnibus abhominabile sit uirile sexum repertum
furtum fecisse. et magis magisque sexum femineum.
secundum regale senatum decretum est. ut si aliqua
mulier maritata furtum commiserit. a marito
redimetur. et si secundo eandem culpam inciderit. simi
liter redimetur. si uero tercio. uenundetur. De in

xxx. Si quis per inimicicias alterius cendiis mansio
edificia igne cremauerit. decreuimus. ut et e nu
dificia restituat. et quidquid suppellectilis ar
sum fuerit. et insuper xvi iuuencos. qui ualent xl
solidos. De strigis.

xxx. Si qua striga inuenta fuerit. secundum iudicia
le legem ducatur ad ecclesiam. et commendetur sacerdo
ti ad ieiunandum fidemque docendam. Post ieiunium